

Quintum.

inlitter facilius est obseruare precepta secundum imperfectum modum quam obseruare consilia. et tamen qui tenent ad perfectam preceptorum obseruationem oportet quod incipiant a consilijs sicut a quibusdam instrumentis. **A**d decimumtertium dicendum quod illa que ibi dominus superaddit non sunt consilia sed precepta. ut patet ex ipsis verbis domini. que ibi ponuntur. Tum etiam ex expositione augustini in libro de sermone domini in monte. **A**d decimumquartum dicendum quod obseruantia preceptorum secundum imperfectum modum est minimum in vita spiritali. sed est maximum si obseruetur perfecte. **A**d decimumquintum quod perfectiora euangelij non solum sunt consilia. sed etiam precepta. ut ex dictis patet. **A**d decimumseptimum dicendum quod illud a quo conuertitur consequentia essentia. est prius natura quodammodo. non tamen oportet quod semper sit prius tempore. Non enim in angelis viuere preedit intelligere. quauis non omne viuens intelligens sit. quia statim a principio angeli vitam perfectam habent que est intellectualis. Et similiter qui volunt plenius precepta custodire. statim a principio consilia assumere debent. licet non omnes obseruantes precepta obseruent consilia.

Explicet Quodlibet Quartum.

Incipit quodlibet quintum.

Quesitum est de deo et angelis et hominibus. **D**e deo quesitum est et quantum ad naturam diuinam et quantum ad naturam assumptam. Quantum ad naturam diuinam quesitum est et de scientia et de potentia dei. **C**irca scientiam dei quesita sunt duo. **P**rimo utrum deus sciat primum instans in quo potuit creare mundum. Secundo utrum presciti a deo possint demereri.

Articulus primus.

Primum sic proceditur. **U**idetur quod deus sciat primum instans in quo potuit mundum creare. Deus enim potuit creare mundum ante quam creauerit. Non autem potuit creare ipsum in infinitum ante. quia sic esset ei coeternus. ergo est dare aliquod instans in quo primo potuit creare mundum. Sed deus sua scientia totum comprehendit. Ergo deus scit primum instans in quo potuit creare mundum. **S**ed contra. Deus nihil scit quia eius omnipotentie preiudicet. preiudicaret autem eius omnipotentie. si esset aliquod instans in quo primo potuit creare mundum. quia sic eius potentia ad illud instans limitaretur. ergo deus nescit primum instans in quo potuit creare mundum. **R**esponso dicendum quod dupliciter potest aliquid fieri in aliqua mensura. loci vel temporis. **U**no modo presupposita ipsa mensura. et sic particulares effectus proceduntur a deo vel ab alijs agentibus in loco vel tempore. **A**lio modo ut simul cum eo quod fit

Quodlibet

producat mensura loci vel temporis. Et hoc modo mundus a deo in esse producit. non quidem quasi in aliquo loco vel tempore existente. sed quia simul cum mundo et locus et tempus producit. Unde aliter est intelligendum. cum dicitur quod deus potuit facere aliquem particularem effectum. puta equum vel hominem antequam fecerit. vel etiam alibi quod fecerit. et aliter cum hoc de mundo dicitur. Nam cum de homine vel equo hoc dicitur. signatur aliquod tempus vel locus aliquis esse in quo homo a deo fieri potuerit. Sed cum hoc de mundo dicitur. non signatur quod sit aliquod tempus ante mundum. nec alius quis locus extra ipsum. sed significatur quod deus potuit mensuram loci aut temporis mundi facere maiorem. Si ergo queratur utrum potuerit mundum facere in infinitum antequam fecerit. Si hoc quidem referatur ad potentiam facientis manifestum est quod in infinitum ante facere potuit. Dei enim potentia est eterna. cui nihil accrescere potuit. ut inciperet quandoque facere mundum. cum prius non oportuerit. Si vero referatur ad ipsum mundum sic non potuit fieri. ut esset semper supposita catholice fidei veritate. que habet mundum quandoque non fuisse. Sicut enim deus non potest facere ut quod fuit non facere. ut infra dicitur. ita non potest facere ut quod fuit quandoque nunquam non fuerit. Secundum hunc ergo sensum dicitur quod deus non potuit mundum facere in infinitum antequam faceret. Sed ad hoc intelligendum est quod infinitum dicitur dupliciter. Uno modo in actu et sic dicitur secundum modum predictum quod deus non potuit facere mundum in infinitum antequam fecerit. id est

quod duratio mundi in infinitum ante precesserit. Alio modo dicitur infinitum secundum potentiam. et sic potuit deus in infinitum mundum facere antequam fecerit. quia quantumcumque ante deum eum fecisse adhuc potuit eum prius facere. Et sic non est dare primum instans. in quo deus potuit facere mundum. Est autem dare primum instans in quo fecerit. sicut etiam est dare supremum ubi usque quo deus mundum fecerit. non tamen est dare supremum ultra quod facere non potuerit. Et sic patet quod questio cessat.

Articulus Secundus.

Hec secundum sic proceditur. Videtur quod presciti a deo non possint demereri. Sicut enim aliqui sunt electi a deo ab eterno ad gratiam habendam. ita etiam aliqui sunt presciti a deo ad hoc quod sine nature relinquuntur. Sed naturalibus non meremur neque demeremur. ergo presciti a deo non demerentur. Sed contra. Nullus damnatur a deo nisi propter demeritum. cum deus sit iudex iustus. Sed presciti damnantur a deo. ergo demerentur. Responsio dicendum quod scientia dei comparatur ad res creatas. sicut ars ad artificia. Unde sicut ars non solum est cognoscitiva. sed factiva eorum. que secundum artem fiunt. Eorum vero que ab artis regulis deviantur est cognoscitiva ita etiam scientia dei est factiva et cognoscitiva omnium bonorum. malorum vero sine peccatorum que sunt deviatōes

Quintum.

quedam ab eterna lege ipsius. scientia dei est cognitiua. non autem casualia. Et sic patet qd boni qui p gratiam iustificantur. non solum sunt a deo ab eterno precogniti. sed etiam electi ad gratiam habendam. peccatores autem qui non iustificantur p gratiam. non sunt electi vel preordinati a deo ad culpam sed solum pre sciti qd non sunt gratiam habituri. sed sue nature sint relinquendi. Quia vero omne agens potest in id quod est infra se. non autem in id quod est supra se. natura sibi relicta non potest in actum meritorium. qui est supra facultatem nature. Potest autem in actum peccati qui est demeritorius. sicut in aliquid infra naturam humanam existens. homo enim peccando descendit a dignitate sue nature. et sic patet qd pre sciti possunt demereri.

Ad primum ergo dicendum qd hoc quod dicitur qd naturalibus non meremur neq demeremur. potest intelligi dupliciter. Uno modo sic qd naturalia ipsa non merita vel demerita. et sic verum est. quia merita sunt supra naturam. demerita sunt contra naturam. Alio modo potest intelligi sic qd naturalia non sunt principia merendi vel demerendi. et sic falsum est. Naturalia enim adiuta p gratias sunt principia merendi. sibi autem relicta possunt esse principia demerendi. ut dictum est.

Deinde circa potentiam que sita sunt duo. Primo utrum deus possit virginem corrumpam reparare. Secundo utrum deus possit peccare si vult.

Articulus .iij.

Ad primum sic procedit. Uidet qd deus possit virginem reparare. Ad omnipotentiam enim dei

pertinet qd non sit impossibile apud eum omne verbum. ut dicitur Luce primo. Sed hoc est quoddam verbum virginem reparare post lapsum. ergo deus potest virginem reparare post lapsum.

Sed contra est quod Hiero. dicit. Cum deus cetera possit non potest reparare virginem post ruinationem et habetur in decretis. xxxij. questione. v.

Responsio dicendum qd in virginitate duo possumus considerare. quorum unum est ipsa integritas mentis. et corporis. Et sic deus virginem potest reparare post ruinationem. potest enim mentem reintegrare per gratiam. et corpus consolidare per miraculum.

Alia autem est causa integritatis predictae. quia scilicet mulier virgo non fuit cognita viro. Et quantum ad hoc deus non potest virginem post ruinationem reparare. Non enim potest facere ut iam ea que est cognita a viro non fuerit cognita. sicut nec de aliquo quod factum est potest facere qd factum non fuerit. Potentia enim dei se extendit ad totum ens. Unde solus id a dei potentia excluditur. quod repugnat rationi entis. Et hoc est simul esse et non esse. Et eiusdem rationis est quod fuit non fuisse. Unde Augustinus dicit. xxvj. contra Faustum. Quisquis dicit. si omnipotens est deus. faciat ut ea que facta sunt facta non fuerint. non videt se hoc dicere. faciat ut ea que vera sunt. eo ipso quo vera sunt falsa sint. Ad primum ergo dicendum qd cum verbum sit conceptus mentis. nihil quod contradictorium implicat verbum dici potest. quia non cadit in conceptu mentis. ut probatur in quarto metha.

Articulus .iij.

Quodlibet

Ad secundum sic proceditur. Videtur quod hec sit falsa. deus potest peccare si vult. De quibus enim possum dicere quod homo potest facere si vult potest etiam dici simpliciter quod homo potest facere illud. Si ergo hec propositio est vera. Deus potest peccare si vult sequitur quod hec sit vera. deus potest peccare. sed hoc est erroneum ergo et primum. Sed contra. Qui cum vult peccare peccat. Sed sequitur. si deus peccat. potest peccare. ergo sequitur si vult potest peccare.

Responso dicendum quod hec coniectura si ordinem quendam importat. potest autem in proposito duplicem ordinem importare. Uno quidem modo ordinem cause siue principij. et hoc modo propositio falsa est. voluntas enim dei est principium et causa respectu creaturarum. non autem respectu eorum que pertinent ad divinam naturam. Unde non dicimus quod pater genuerit filium voluntate. sed naturaliter. ut patet per *Thomam* in libro de sy. no. Potentia autem dei ad ipsam naturam divinam pertinet. Unde hoc ipsum quod est posse peccare non est subiectum divine voluntati. alioquin voluntas dei esset principium immutationis divine nature. quod est impossibile. Alio modo potest importare ordinem consequentie. et sic hec locutio est vera. Si deus vult peccare potest peccare. Sequitur enim sine conditione. si argumentamur ex impossibili posito. deus vult peccare ergo potest peccare. Omnia enim que vult potest. sed non e converso. Ad primum ergo dicendum quod cum dicitur. Si homo vult currere potest currere. antecedens est possibile. et ideo consequens est simpliciter possibile. Et cum dicitur sic. Si deus vult peccare po-

test peccare. antecedens est impossibile. unde nihil prohibet conditionaliter esse veram. consequente existente in possibili.

Deinde quantum ad naturam assumptam quesita sunt duo. Primo utrum totus sanguis quem christus in sua passione effudit in resurrectione ad corpus eius redierit. Secundo in quo christus nobis magis signum dilectionis exhibuerit utrum in hoc quod christus passus est pro nobis. vel in hoc quod corpus suum dedit nobis sub sacramento in cibum.

Articulus. v.

Ad primum sic procedebatur. Videtur quod totus sanguis christi qui est in passione eius effusus ad corpus eius in resurrectione redierit. Resurrectio enim nostra communis erit resurrectioni christi. sicut illud ad phil. tertio. Reformabit corpus humilitatis nostre configuratum corpori claritatis sue. Sed ad corpus nostrum in resurrectione redibit totum quod fuit de veritate humane nature. Sanguis autem christi in passione effusus fuit de veritate humane nature. et sacer dicitur sicut illud. Quia sacer cruor perunxit fusus agni corpori. ergo videtur quod ille sanguis christi in passione effusus in resurrectione ad corpus eius redierit. Preterea verbis dei nunquam deposuit quod in nostra natura assumpsit. partibus humane nature ab invicem in passione separatis. Sed verbis dei assumpsit in natura nostra non solum corpus sed etiam sanguinem. ergo sanguis ille nunquam fuit a verbo depositus. rediit ergo ad ipsum in resurrectione. Sed contra est quod in aliquibus ecclesiis sanguis christi usque hodie dicitur servari.

Quintum.

Responſio dicendum q̄ in reſurre-
ctōne tam xp̄i q̄ noſtra totum quod
fuit & veritate hūane nate reparabit̄
nō autem illa que de veritate huma-
ne nature non fuerunt . et quamuis
circa ea que ſūt de veritate humane
nature ſit diuerſa diuerſozū opinio
ſm̄ quamlibz opinionem non totus
ſanguis nutrimentalis id eſt qui ex
cibis generatur pertinet ad veritatē
humane nature **C**um ergo chriſtus
ante paſſionem comederit et biberit
nihil prohibet in eo fuiſſe aliquē ſan-
guinem nutrimentalem. qui ad veri-
tatem humane nature nō pertineret
et quē non oporteret ad corpus ei⁹
in reſurrectione redire. **S**ed quia ſpe-
cialiter ſit queſtio de ſanguine in
paſſione effuſo pro redemptione hu-
mani generis. de hoc magis dicendū
videtur q̄ totus in reſurrectione ad
corpus xp̄i redierit triplici ratione.
quarum prima accipi potest ex etate
xp̄i patientis. **P**aſſus eſt enim in pfe-
ctiſſima etate. in qua maxime ea que
in homine inveniuntur ad veritatem
humane nature pertinere videntur.
tanq̄ ad maximam perfectōnem ad-
ducta. **S**ecunda ſumitur ex merito
paſſionis **S**i enim ſanctorum marty-
rum ille partes in quibus paſſiones
pro xp̄o ſuſtinerunt. quendaz priuile-
giatum fulgozem in reſurrectione
habebunt. vt **A**ugustinus dicit vices
ſumoprino de ciuitate dei. ergo mul-
to magis ſanguis xp̄i. quem pro ſalu-
te hūani generis effudit. ad glorioſā
reſurrectionem reparatus eſt. **T**er-
tia ratio potest ſumi ex ipſa virtute
paſſionis **S**anguis enim ille in paſſi-
one effuſus humanum genus ſancti-
ficauit. ſm̄ illud ad heb. vltimo. **J**hs
vt ſanctificaret per ſanguinem ſuum
populum extra portam paſſus eſt.

Humanitas autem chriſti ſalutifera
virtutem habuit ex virtute verbi ſibi
vniti. vt **D**am. dicit in tertio libro.
Unde manifeſtum eſt q̄ ſanguis in
paſſione effuſus. qui maxime fuit ſan-
lubris. fuit diuinitati vnitus. **E**t ideo
oportuit q̄ in reſurrectione iungeret̄
alijs humanitatis partib⁹ **S**anguis
autem chriſti. qui in quibusdaz ecclē-
ſijs oſtenditur. dicitur ex quadā ima-
gine chriſti percuſſa miraculoſe flu-
xiſſe. **V**el etiam alia ex corpore xp̄i.
Et p̄ hoc patet reſponſio ad obiecta

Articulus .vi.

Hec ſecundum ſic proceditur.
Videtur q̄ chriſtus maius
dilectionis ſignum nobis oſ-
tendit tradendo corpus ſuum in ci-
bum q̄ patiēdo p̄ nobis. **C**haritas
eniz patrie perfectior eſt q̄ charitas
vie. **S**ed beneficium illud quo nob̄
xp̄us contulit corpus ſuum dans no-
bis in cibum. magis aſſimilatur cha-
ritati patrie. in qua plene fruemur
deo. **P**aſſio autem quam pro nobis
ſubiit magis aſſimilat̄ charitati vie.
in qua nobis pro **C**hriſto imminet
patiendum **E**rgo maius eſt dilectō-
nis ſignum q̄ chriſtus corpus ſuum
tradiit nobis in cibum. q̄ q̄ chriſt⁹
paſſus eſt pro nobis. **S**ed contra
eſt quod dicitur **J**o. decimo quinto
Maiorem charitatem nemo habet
q̄ vt animam ſuam ponat quis p̄
amicis ſuis. **R**esponſio dicendum
q̄ illud quod eſt potiffimum in vno
quoq̄ genere eſt menſura omnium
eorum que ſunt illius generis. vt p̄
per phum in .x. **M**eths. **P**otiffimum
autem in genere amoris hominum
eſt amor quo quis amat ſe ipſum.
Et ideo ex hoc amore neceſſe eſt

Quodlibet

mensuraz accipere omnis amoris. & quis alium amat. Unde et in nono Ethic. philosophus dicit. De amicitia que sunt ad alterum venerunt et amicitibus que sunt ad se ipsas. pertinet autem ad amorem quo quis amat se ipsum. ut velit sibi bonum. unde tanto aliquis alium magis amare probatur. quanto magis bonum quod sibi vult propter amicum pretermittit. fm illud proverbiorum. xij. Qui negligit damnum propter amicum iustus est. Vult autem homo sibi triplex bonum particulare. q̄ sunt anima. corpus. et res exteriores. Est ergo aliquod signum amoris. quod aliquis in rebus exterioribus propter alium detrimentum patitur. maius autem amoris signum. si etiam corporis proprii detrimentum patitur. vel labores vel verbera pro amico sumendo. maximū autem dilectionis signū si etiam animam suam deponere velit pro amico moriendo. Quod ergo christus pro nobis patiendo animam suam posuit. maximum fuit dilectionis signum. Quod autem corpus suū dedit in cibum sub sacramento ad nullum detrimentum ipsius pertinet unde patet q̄ primum est maius dilectionis signum. Unde et hoc sacramentum ē memoriale quoddam et figura passionis christi. Veritas autem preeminet figure. et res memoriali. Ad primum ergo dicendum q̄ exhibitio corporis christi in sacramento habet quidem figuram quādam charitatis. qua diligit nos deus in patria. sed passio eius pertinet ad ipsam dei dilectionem. nos a perditione ad patriam reuocātem. dilectio autem dei nō est maior in patria q̄ sit in presenti.

Articulus. vij.

Deinde circa angelos queritur est vnum. scilicet vtrum Lucifer sit subiectum cui. Et videtur q̄ sic. Sicut subiectum temporis est primum temporale simplicissimū ita subiectum cui videtur esse simplicissimum eternum. hoc autem est Lucifer qui inter angelos supremus fuit fm suam naturam creatus. Eū autem non respondet gratie sed nature. alioquin corpora celestia q̄ non sunt susceptiva gratie euo mensurari non possent. Cum ergo dona naturalia integra remāserint in demonibus post peccatum. sicut Dion. dicit quarto capitulo de di. no. videtur q̄ eum sit in Lucifero sicut in subiecto. Sed contra. Eum est quedā eternitatis participatio. Sed angeli beati magis sunt in participatione eternitatis q̄ lucifer. qui est beatitudinis expers. Ergo lucifer nō est subiectum cui sed magis supremus beatorum angelorum. Responsio dicendum q̄ ex ignorantia lingue grece provenit q̄ communiter apud multos eum ab eternitate distinguitur ac si distingueretur antropos ab homine. Quod enim in greco dicitur eon in latino vitur eternitas. Et sic etiā Dionisi? decimo capitulo de di. no. pro eodem dicitur eternitate et euo. Sed quia nominibus vtendum est vt plures. si verunq; distinguamus ab inuicē. eū nihil aliud erit q̄ eternitatis participatio. vt. scilicet eternalitas ipsi deo attribuat. eū autem quasi participatio eternitas substantijs spiritualibus. q̄ sūt supra tps. Quia vō id qd p̄ essentialē dicitur sp̄ est mensura ipsi? qd dicitur p̄ participationē. pōt dici q̄ p̄ma mensura oim eternorum est ipsa dei eternalitas. sic etiā sba dei ē mēsa ois sbe. vt dicit p̄mēdator in. x. meth. Si quis tū velit accipere mensuram homogeneaz

Quintum.

id est eiusdem generis. Dicunt quidam quod non est una mensura communis. sed quodlibet euiternum habet suam eum. Sed hi propriam vocem ignorant. Sic enim esset verum quod dicunt. si omnia euiterna essent equalia. Sic enim unum eorum non esset mensura alterius. Hoc autem non est verum. quia in angelis est accipere primum medium et ultimum non solum secundum diversas hierarchias et ordines. sed etiam secundum diversos angelos in eodem ordine. ut patet per Dionysium. decimo capitulo celestium hierarchiarum. Et quia semper illud quod est simplicissimum est mensura in quolibet genere. sicut dicitur in x. metha. Ideo necesse est ut duratio simplicissimi euiterni sit eum omnium euiternorum. et ita simplicissimum euiternum est subiectum eui. Sed attendendum quod substantie spirituales mensurantur eui. non solum quantum ad earum substantiam. sed etiam quantum ad earum propriam operationem. Unde in libro de causis dicitur. Quod sunt in momento eternitatis secundum se ipsas et operationem. et sic oportet quod ille angelus qui est subiectum eui sit simplicissimus. non solum quantum ad essentiam. sed etiam quantum ad operationem. Talis autem est supremus omnium angelorum. cuius operatio maxime est in uno quod est deus unitus. Unde supremus omnium angelorum est subiectum eui. Non autem lucifer. Ad primum ergo dicendum quod alii posuerunt luciferum non fuisse supremum angelorum. Sed sicut Damascenus dicit. fuit primus eorum qui preerat ordini terrestri. Si vero procedamus secundum Gregorium. quod fuerit supremus omnium. tunc dicendum est quod sua operatio auersa est ab uno primo. et conuersa ad multitudinem infe-

riorum rerum. quarum primatum appetit. Et secundum hoc demones decidunt a summa simplicitate eui. unde Dionysius. dicit quarto capitulo de diuinis nominibus. Quod demones dicuntur mali propter hoc quod infirmantur circa operationem naturalem.

Quando quæsitum est de hominibus. Et primo quantum ad ea que possunt omnibus esse communia. Secundo quantum ad ea que pertinent ad quosdam horum status. Circa prima vero quæsitum est quadrupliciter. Primo quodam de his que pertinent ad naturam hominis. Secundo de his que pertinent ad sacramenta. Tertio de his que pertinent ad virtutes. Quarto de his que pertinent ad precepta. Circa primum quæsitum sunt tria. Primo quantum ad personas hominum. utrum scilicet si Adam non peccasset. iidem homines numero saluarentur. qui nunc saluantur. Secundo quantum ad intellectum. utrum scilicet verbum cordis sit species intelligibilis. Tertio quantum ad voluntatem. utrum scilicet ea que per timorem fiunt sint voluntaria.

Articul^o. viij.

Ad primum sic proceditur. Videtur quod si Adam non peccasset. non iidem homines numero saluarentur qui nunc saluantur. Si enim Adam non peccasset. soli electi nascerentur. ergo non fuissent nati illi peccatores qui finaliter sunt reprobati. et per consequens nec eorum filij. quia si non sunt iidem patres. non est neque filios esse eosdem. multi autem nunc saluantur ex reprobis parentibus nati. Ergo si Adam non peccasset. non iidem saluarentur qui nunc saluantur.

Quodlibet

Preterea sicut philosophum semen est superfluum alimenti. sed alijs cib homo usus fuisset in paradiso. si non peccasset ab his quibus nunc vitur. ergo aliud fuisset semen. et per consequens alij filij. **S**ed contra est quod Gregorius dicit. quarto Moralium. Si primum pariter nulla putredo peccati corrumpere. nequaquam ex se filios iehenne generaret. Sed hi qui nunc per redemptorem salvandi sunt soli ab eo electi nascuntur. **R**esponso dicendum quod cum in generatione hominis sicut et aliorum animalium semen patris sit agens. materia vero a matre ministrata sit sicut patiens. ex quo corpus humanum formatur. impossibile est eundem filium nasci. siue sit alius pater. siue sit alia mater. sicut etiam non est idem numero sigillum. siue sit alia cera. siue sit aliud corpus sigilli. ex cuius impressione cera sigillatur. **E**t quod superfluum alimenti sit semen sicut philosophum. diversitas tamen alimentorum non sufficeret ad diversificandum filios. qui ex semine nascuntur. quia ex illis cib non sumitur semen nisi quatenus aliter qualiter in substantiam parentum convertatur. Dicunt quidam sequentes Anselmum. Quod si homo non peccasset in illa prima tentatione. statim confirmatus fuisset et ipse et omnes qui ab eo nascerentur. ita quod omnes qui nascerentur fuissent electi. **U**bi cum nunc multi qui salvantur ex peccatoribus nascuntur. sicut in obijciendo tangebatur consequens est quod essent alij parentes salvandorum. et per consequens alij filij. **S**ed hec positio non videtur esse vera. quia sicut Augustinum. xiiij. de civitate dei Status corporis in homine proportionabiliter respondet statui anime. **Q**uoadmodum ergo homo habuit

corpus animale potens mori et non mori. indigens alimentis. tamdiu habuit animam potentem. **H**abuit autem corpus animale quam diu fuit in statu generandi. quod etiam fuisset si primus illam primam tentationem non peccasset. **E**t ideo possibile fuisset. si primus homo tunc non peccasset. quod etiam ipse vel eius posterius postmodum peccarent. ut Hugo de sancta victo. dicit. **U**nde ex hoc non sequitur pariter diversitas. quod nunc sunt alij peccatores. tunc autem non essent. sed est aliud unde necesse est ponere diversitatem patrum. quia in primo statu unus homo non habuisset plures uxores. nec etiam aliqui ex fornicatione vel adulterio nascerentur. quod nunc contingit etiam in his qui salvantur. multi enim filij unius parentis ex pluribus uxoribus nati salvantur. sicut patet de filiis Jacob. **M**ulti etiam ex fornicatione vel adulterio nati. alioquin eis frustra sacramenta salutis adhiberentur. **U**nde relinquitur quod aliqui nunc salvantur. quod si primus homo non peccasset non nascerentur et per consequens non salvarentur. nec tamen dei predestinatio falleretur. quia deus predestinavit homines hunc scilicet futuri eventus. **Q**uod vero Gregorius dicit quod si primus homo non peccasset. nequaquam ex se filios iehenne generaret. indubitate verum est. **N**on enim in filios transfunderet peccatum originale. sicut quod homines filij ire nascuntur. quod autem subdit quod hi soli qui nunc salvandi sunt nascerentur. intelligendum est quod pronomen facit simplicem demonstrationem. quod scilicet soli electi nascerentur quantum est ex ratione originis. non autem de demonstratione personale. quod alie persone eterne hominum qui salvarentur. **E**t per hoc per rationem ad obiecta. **A**rticulus ix.

Quintum

Ad scđ sic pcedebatur. Vide tur q̄ verbū cordis sit speci es intelligibilis. Verbū enīz cor dis est quo intellectus videt hoc aut est spēs intelligibilis. ergo verbū cor dis est species intelligibilis. **P**re ter ea cognitio intellectiva a sensu ori tur. S; illō qđ sensus sentit est spēs sensibilis. ergo verbum cordis quo i tellect^o intelligit est species intelligi bilis. **S**; contra. Verbū cordis in terius est quod exteriori verbo signifi catur. S; verbū exteri^o non signifi cat spēm intelligibile. ergo verbum in teri^o non est ipa spēs intelligibilis. **R**ñs. dicendū. q̄ fm Aug^o. xv. de tri. Verbū cordis importat qđdam pcedens a mente siue ab intellectu. Procedit autē aliquid ab intellectu i quantū est constitutū p opationem ipi^o. Est autē duplex opatio intellect^o fm p̄m in. iij. de aīa. Una quidez q̄ vocatur indivisibiliū intelligentia p qua intellect^o format in seipō diffini tionem vel conceptū alicuius incō pleri. Alia autē opatio est intellectus pponentis z dividētis fm quā for mat enunciationē. Et vtrūq; istorū p operationē intellect^o p̄stitutorum vocatur verbū cordis. quorū p̄mū significatur p terminū incōplexum. scđm vero significatur p orōnē. ma nifestū est autē q̄ omnis opatio intel lectus pcedit ab eo fm q̄ est factus in actū p spēm intelligibile. quia ni hil opatur nisi fm q̄ est actū. Unde necesse est q̄ spēs intelligibilis q̄ est principiū operationis intellectualis differat a verbo cordis qđ p opera tionez intellect^o formatur q̄uis ipm verbum possit dici forma vel spēs i telligibilis sed sicut per intellectū cō stituta put sicut forma artis quaz i tellect^o adinvenit dicitur quedā spēs intelligibilis. **A**d p̄mū ergo dicen

dū q̄ intellect^o intelligit aliquid du pliciter. Uno modo formaliter. z sic intelligit ipiecie intelligibili qua sit i actū. Alio modo sicut instrumēto q̄ vitur ad aliud intelligendū. z hoc modo itellect^o verbo intelligit. quia format verbū ad hoc q̄ intelligat rē. **A**d scđm dicendū. q̄ cognitio sensus exterioris p̄ficatur p solam inutatio nē sensus a sensibili. Tū p formā que sibi a sensibili imp̄mitur sentit nō at ipē sensus extēior format sibi aliquā formā sensibile. hoc autē facit virtus imaginativa cuius forma quodam modo sile est verbū intellectus.

Articul^o .x.
Tertiu sic proceditur. Vide tur q̄ ea que fiunt ex timore non sint voluntaria. **N**ecessi tas enī voluntati cōtrariatur. vt dī in. v. met. S; ea que fiunt ex timore dicuntur ex necessitate fieri. non ergo sunt voluntaria. **S**; contra. Omne qđ quis opatur p̄pter finē est volun tariū. sed ea que qs opatur ex timo re opatur p̄pter finem scz ad vitādū malū qđ timet. sicut qui p̄icit mer ces in mari vitat subuersionē navis ergo hmōi sunt voluntaria. **R**ñs. dicendū. q̄ cū bonum sit voluntatis obiectū hoc modo se habz aliqđ ad hoc q̄ sit voluntariū q̄ modo se hz ad hoc q̄ sit bonū. Contingit autēz aliquid in vniversali consideratū eē bonū quod tū fm aliqs particula res circumstātiās redditur malū. sic generare filios est bonū. sed genera re filios ex non sua est malū. z silitē contingit aliquid in vniversali p̄side ratum esse malū. qđ tamen fm ali quas particulares circumstātiās sit bonū. sicut occidere fm se est malū sed occidere hominē perniciosū mul ti tudini est bonū z quia actiones cir ca singularia iudicanē bone vel ma

k i

Quodlibet

le. 7 per psequens voluntarie vel in voluntarie simpliciter quidē p sidera tis singularib⁹ circumstantijs. fm qd aut fm q in vniuersali consideratur ea vero que ex timore fiūt in vniuer sali quidē considerata sunt mala 7 in voluntaria. sed si p siderentur fm sin gularia que circumstāt sic sunt bona 7 voluntaria. sicut proijcere merces in mari fm se consideratū ē malum 7 non voluntariū. sed in tali casu est bonū 7 voluntariū. Unde 7 pbus dicit in. iij. **Eth.** De hmōi mixta sūt ex voluntario 7 inuoluntario. simplici ter aut sūt voluntaria. fm quid aut inuoluntaria 7 ex necessitate facti. 7 per hoc patz responsio ad obiecta.

Quod deinde circa sacramenta q̄ritū est. **Primo** de sacramento eucharistie. **Secundo** de sacro p̄fite. **Tertio** de sacramento m̄rimo nij. **Circa** eucharistiaz questa sunt duo. **Primo** utrū forma panis an nibiletur. **Secundo** utrū sacerdos dare debeat hostiā non cōsecratā peccatozi occulto hoc petenti.

Articulus xi.

Hoc primū sic pceditur. **Videt** q̄ forma panis in sacramen to eucharistie anibiletur. **Al** lud enim annihilari videtur qd desi nit esse 7 in nihil conuertitur. **Sz** for ma panis facta consecratōe definit esse nec est dare in quod cōuertatur. **Non** em̄ pvertitur in materiaz cor poris xp̄i nec etiam in formam ei⁹ que est anima. alioqn anima essz sibi ex vi sacramenti. ergo forma panis annihilatur. **Præterea** Aug⁹ dicit super illud Jo. xvij. **Clarifica** me p̄ te. **Si** humana natura pvertitur in ver bum. si diligētius cogitamus hō pe rirēt in deo. **Sz** illud annihilari di citur quod perit. ergo si panis con uertitur in corpus christi videtur q̄

annihilatur. **Sed** contra est. quia sicut Aug⁹ dicit li. lxxxiij. q. **De** nō est actor tendenti in non esse. **Est** au tem actor sacramenti eucharistie. er go in illo sacramento nihil annihila tur. **R̄s.** dicēdū. q̄ annihilatio quē daz motū importat. omnis autē mo tus denoiatur a termino ad quem. vnde termin⁹ annihilatiōis est nihil. **Consecratio** aut panis in sacro eu charistie non terminatur ad nihil s; ad corpus xp̄i. alioquin non essz da re quō corp⁹ christi incipiat esse sub sacramento. **Non** cū incipit tibi esse p motum localem. alioqn desineret eē in celo. **Relinquitur** ergo q̄ in conse cratione panis non est aliqua anihl latio. sed trāsubstantiatio panis in corpus christi. **Ad** pmū ergo dicē dum q̄ sicut in generatiōe naturalī neq; forma neq; materia generatur aut corrūpitur sed totū compositū ita etiā in sacramento altaris nō est querendum seorsum de forma aut materia in quid conuertatur. sed to tus panis conuertitur in totū corp⁹ christi in quantum est corpus. quia si in triduo mortis xp̄i fuisset conse cratio facta non fuissz sibi anima sed corpus exanime sicut in sepulcro ia cebat. **Ad** scdm dicēdū. q̄ perire diceretur natura humana si conuers teretur in verbum quantū esse desine ret. quod pertinet ad terminū a quo non autē si annihilatur q̄ntum ad ter minū ad quez. **Articul⁹** xij.

Hoc scdm sic procedebatur. **vi** detur q̄ sacerdos non debet dare hostiam non conse cratam peccatozi occulto hoc petē ti. **Non** enim debz sacerdos peccatū occultum publicare. **Publicaret** au tem si ei daret hostiaz non consecra tam cum alijs socijs claret consecra tam. ergo sacerdos non debet dare

Quintum

hostiam non consecratam peccatori occulto hoc petenti. **P**reterea hostia consecrata a sacerdote alicui si deli porrecta a circumstantibus adozatur. **S**i ergo exhibetur hostia non consecrata loco consecrate quantum est in se facit populum idolatrare quod est grave peccatum. Non ergo sacerdos debet peccatori occulto petenti dare hostiam non consecratam. **S**ed contra est quia sacerdos est medicus animarum. sapienter autem medicus vitat quantum potest periculum infirmi quem accepit in cura. Peccatori autem cuius curam habet imminet magnus periculum si in conscientia mortalis peccati corporis christi accipit. quia qui manducat et bibit indigne iuxta se sibi manducat et bibit. ut dicitur. **I.** ad **Cor.** xi. ergo sacerdos bene facit si eius periculum evitet porrigens ei hostiam non consecratam. **R.** **R.** dicendum quod veritati non aliqua fictio est adiungenda. quia nulla est punitio lucis ad tenebras. ut apostolus dicit **ij.** ad **Cor.** vi. et propter hoc **Aug.** probat in **li.** lxxiii. quod corpus christi non fuit fantasticum. quia veritas que est christus non potuit fallere. et ideo in sacramentis ecclesie nihil est per fictionem agendum. et precipue in sacramento altaris in quo corpus christi continetur. **E**st autem quedam fictio si hostia non consecrata loco consecrate daretur. **E**t cum etiam sacerdos quantum in se est populo fieret idolatrie occasio qui quis peccatum idolatrie non incurreret estimans probabiliter hostiam esse consecratam tamen sacerdos in hoc ipso quod hostiam non consecratam populo exhiberet adozanda idolatrie crimen incurreret. **U**nde hoc in nullo casu est faciendum ut hostia non consecrata exhibeatur uni vel pluribus tanquam consecrata. **D**ebet ergo sacerdos peccatores occultos primo quod

dem monere ut penitentiam agat et sic ad sacramentum accedat. quod si penitere noluerit debet ei occulte inhibere ne aliis communicantibus in publico se immisceat. quod si se immiscuerit debet ei dare hostiam consecratam. unde prima duo concedimus. **A**d tertium dicendum. quod stultus est medicus qui cum maiori suo periculo minus periculum infirmi vellet impedire. puta si vellet ipse venenum bibere ne infirmus biberet vinum. **M**ulto autem magis peccat sacerdos fictionem faciens in sacramento christi quam peccator indigne sumens. **U**nde stultus est sacerdos si ut vitaret peccatum subditi ipse gravius peccaret fictione faciens in sacramento veritatis

Deinde circa sacramentum penitentie quesita sunt duo. **P**rimo utrum prelatus debeat subditum suum ab administratione removere propter aliquod quod ab eo in confessione audiuit. **S**ecundo utrum in meliori statu moriatur ille qui moritur in via eundi ultra mare quam ille qui moritur in redeundo

Articulus. .xiiij.
Primo sic proceditur. videtur quod prelatus possit subditum suum ab administratione removere propter aliquod quod ab eo in confessione audiuit. quia quod institutum est pro charitate contra charitatem non militat. **S**ed sigillum confessionis institutum est pro charitate. **N**on ergo militat contra charitatem ex qua tenetur prelatus saluti subditorum providere. **E**st autem quandoque contra salutem subditi si ei administratio dimittatur. ut puta si habeat occasionem recidendi in peccatum. ergo non obstante sigillo confessionis prelatus debet eum ab administratione removere. **S**ed contra

Quodlibet

tra est. quia nihil est faciendum in p̄
iudicium confessionis si subditus ab
administratione remouetur propter
crimen quod suo prelato confessus
est quia per hoc alij retraherentur a
confitendo. Non ergo debet prelat⁹
subditum ab administratione remo-
uere propter peccatum quod ei con-
fessus est. Rñs. dicendum. q̄ id quod
per confessionem audit nullo modo
est manifestandum nec verbo nec si-
gno nec nutu nec etiam aliquid est
faciendum unde in suspicionem pec-
cati aliquis possit dvenire. Si ergo
a motio subditi ab administratione
possit inducere ad manifestandū pec-
cati in confessione auditum vel ad
aliquam probabilem suspensionem ha-
bendam de ipso. nullo modo prela-
tus deberet subditum ab administra-
tione remouere. puta si in aliquo mo-
nasterio esset cōsuetum q̄ priores nō
amouerentur de suis prioratib⁹ nisi
propter culpam. manifestaretur autē
peccatum confitentis p̄ remotionem
ab administratione. Unde si abbas
hoc faceret graviter peccaret tanq̄
confessionem revelans. Possz tñ euz
secreto charitative admonere vt cū
instantia peteret cessionem si hoc vi-
deret saluti eius expedire. Si vero
p̄ amotionem ab administratione
peccatum nullatenus manifestaret.
puta si in aliquo monasterio esset
cōsuetum q̄ abbas pro suo habitu
de facili aliquos ab administratiōe
remoueret. tunc alia occasione acce-
pta possz subditum sibi confessum ab
administratione remouere. deberet
hoc facere cum debita tamen caute-
la si talis administratio essz subdito
periculosa in posterum. q̄uis etiam
z in hoc casu melius esset q̄ eum in-
duceret ad cessionem petendam. Si
vero periculum in posterum non ti-

meretur non oporteret q̄ pro pecca-
to preteritorum penitentis deleto
eum ab administratione remoueret.
sicut etiaz Aug⁹. dicit in libro de ad-
ulterinis coniugijs. Cum adhuc de-
putamus adultēos quos credimus
penitentia esse sanatos. quandoq̄ eī
penitentes innocentib⁹ meliores sūt
z per hoc patz rñsio ad obiecta.

Articulus .xiiij.

Hic scdm sic p̄cedebatur. Vis-
detur q̄ meli⁹ moriatē cruce
signatus qui moritur in via
eundi ultra mare q̄ ille qui moritur
redeundo. Qui enim moritur in eū-
do quasi prosequendo votum suuz.
vt se exponat morti p̄ christo. z ita
moritur tanq̄ martyr. qui antez mo-
ritur redeundo non moritur in pro-
posito exponendi se x̄po. z ita mori-
tur quasi confessor. Sz maior est sta-
tus martyrum q̄ confessorum. ergo
in meliori statu moritur qui moritē
in eundo q̄ qui moritur in redeūdo
Sed contra Qui moritur in rede-
undo iam consummavit votum suū
qui autem moritur in eundo nōdūz
cōsummavit sed est quasi in principio
perfectum autem melius est imple-
cto z finis principio. ergo meli⁹ mo-
ritur in redeundo q̄ qui moritur in
eundo. **R**esponso dicendūz q̄ q̄n-
to aliquis euz pluribus meritis mo-
riatur tanto melius moritur. merita
autem manent homini non solum il-
la que actu agit. sed etiam. illa que
iam fecit quasi apud deuz deposita.
fm illud. ij. ad Thimo. ij. Scio enim
credidi z certus sum quia potens ē
depositum meum seruare. Manifes-
tum est autem q̄ ille qui moritur in
redeundo de vltra mare ceteris pa-
ribus euz pluribus meritis moritur
q̄ ille qui moritur in eundo. Dabet
vniū meritum ex assumptione tūe

Quintum

ris 7 vltorius ex profectioe in qua forte multa graua est passus. 7 ideo ceteris paribus melius moritur ille qui moritur redeundo quam ire sit magis meritorium quam redire genus operis considerando. **A**d primuz ergo dicendum. qd illud propositum exponendi se morti propter christum habuit etiam iste in eundo nec hoc meritum perdidit si se a peccato in murem custodiuit.

Deinde circa matrimonium quesita sunt duo. **P**rimo si aliquis despondeat aliquaz per verba de futuro 7 postea carnaliter cognoscat non quidem quasi consentiens in matrimonium. sed solummodo volens fraudulenter surripere copulam carnalem si postmodum contrahat cum alia per verba de presenti. vtruz secunda sit vxor et?

Secundo si vir accuset vxorem de adulterio occulto. vtruz mulier teneatur in iudicio suum peccatum confiteri..

Articulus xv

Primum sic procedebatur videtur qd ille qui cognouit carnaliter quam desponderat per verba de futuro non possit habere vxorem illam cum qua postea contrahit per verba de presenti. Iudicio enim ecclesie compellitur stare cum prima quam carnaliter cognouit. sed ecclesia potest facere personas illegitimas ad contrahendum. ergo videtur qd talis non possit cum alia muliere habere matrimonium. 7 ita illa cum qua secundo contrahit per verba de presenti non erit vxor sua. **S**ed contra est qd error hominis non preiudicat veritati matrimonij. **S**ed ex errore hominis presumetur esse consensum vbi fuit carnalis

copula contingit qd per iudicium ecclesie compellitur aliquis illaz habere quaz cognouit carnaliter post contractum per verba de futuro. ergo non preiudicat veritati secundi matrimonij quod est rite contractum per verba de presenti. **R**esponso dicendum. qd sicut Leo papa dicit. **C**ausa matrimonij est consensus per verba de presenti expressus. sine quo cetera etiaz cum coitu subsecuta frustrantur. **R**emota autem causa remouetur effectus. **U**nde cum in primo matrimonio ponatur non fuisse consensus. manifestum est qd non fuit matrimonium. **E**t quia posita causa ponitur effectus consequens est vt secundum fuerit matrimonium in quo ponitur fuisse mutus consensus per verba de presenti expressus inter personas a matrimonio solutas. **A**d primuz ergo dicendum. qd ecclesia in his que ad matrimonium pertinent tripliciter se habet. **U**no quidem modo per modum indicantis. 7 quia homines vident ea que apparent secundum qd dicitur primo Regl. xvi. **O**portet qd iudex ecclesiasticus iudicet secundum ea que sibi apparent per confessionem partium. 7 per idoneos testes 7 per alia legitima documenta quibus in omnibus adhibitis contingit quandoque veritate latere 7 precipue in his que pertinent ad interiora cordis que humano testimonio probari non possunt. **E**t si per aliqua signa exteriora de his possit aliqua coniectura haberi. 7 ideo iudicium ecclesie circa ea que ad matrimonium pertinent si veritas lateat non impedit sequens matrimonium contrahendum nec dirimit iam contractum. **A**lio modo se habet per modum prohibentis vel punientis. 7 hoc quidem impedit

Quodlibet

matrimonium præbendum. sed non dirimit iam contractum. puta uxoris de penâ imponit ecclesia ut ulterius a matrimonio absteat. Si tamen contraxerit matrimonium non dirimit. Tertio modo se habet per modum stantentis quod sit solus auctoritate summi pontificis. et in hoc persone aliquæ redduntur illegitime ad contrahendum ita quod si etiam contrahat matrimonium dirimitur. ut patet in quibusdam gradibus consanguinitatis et affinitatis vel etiam de adultera cum quis dicit ei fidem de contrahendo vel cum machinatus est in mortem uxoris.

Articulus xvi.

Ad secundum sic proceditur. Videtur quod mulier accusata de adulterio non teneatur suum peccatum in iudicio confiteri. Nullus enim tenetur suum peccatum occultum publicare. sed adulterium mulieris est occultum. si autem in iudicio confiteretur ipsum veniret in publicum. Non ergo tenetur mulier accusata de adulterio suum peccatum in iudicio confiteri. Sed contra est. quia debet prestare iuramentum de veritate dicenda. sed nullo modo debet deierare. ergo tenet veritatem confiteri de suo peccato. Responsio dicendum quod circa hoc est distinguendum. Si enim adulterium sit omnino occultum non debet peccatum suum in iudicio confiteri nec debet ab ea exigi iuramentum de veritate dicenda. quia occulta soli diuino iudicio reservantur secundum illud. i. ad Cor. iij. Nolite ante tempus iudicare quousque veniat dominus qui illuminabit abscondita tenebrarum. Sed quando de adulterio precessit infamia vel aliqua signa evidentia apparent que vehementer suspiciones facere possunt vel quando est semiplene probatum tunc debet ab ea exigi iuramentum de veritate dicenda et ipsa tenetur confi-

teri veritatem. et per hoc patet responsio ad obiecta.

Onde circa virtutes quesita sunt duo. Primo circa iustitiam scilicet si aliquis incidens in latrones promittat eis pecuniam pro sua liberatione si mutuo eas accipiat ab aliquo suo amico utrum restituere teneatur. Secundo circa abstinentiam. utrum aliquis peccare possit nimis ieiunando vel vigilando.

Articulus xvij.

Ad primum sic procedebatur. Videtur quod ille qui pecuniam accepit mutuo ut redimeret se a latronibus non teneatur eam restituere quia ut Augustinus dicit. Tempore necessitatis omnia sunt communia. Sed nullus debet quasi proprium petere id quod est commune ut Ambrosius dicit. et habetur in decretis. di. xlvij. Cum ergo ille qui in latrones incidit fuerit in maxima necessitate constitutus. utpote in periculo mortis existens videtur quod factum sit sibi commune aliquid quod erat alterius. et ita non tenetur ei restituere qui mutuum ac si esset proprium eius. Preterea nullus tenetur facere reparationem alicui pro eo quod ille facere tenebatur. sed ille qui mutuum accepit pecuniam tenebatur proximum suum a mortis periculo liberare secundum illud. Prover. xxiij. Erue eos qui ducuntur ad mortem. ergo videtur quod ille qui est liberatus non teneatur ei restituere pecuniam mutuatam. Sed contra est quod dominus dicit. Mat. vij. Omnia que vultis ut faciant vobis homines et vos facite illis. Sed ille qui liberatus est a latronibus vellet sibi restitui si quid mutuum accepit. Responsio dicendum quod iustitie actus est unicuique reddere quod

Quintum

sibi debetur. Unde cum ratione con-
tractus bone fidei qui fuit inter mu-
tuam et mutuo accipientem ressi-
tutio debeat ex iustitie precepto te-
netur ille qui mutuo accepit pecu-
niam eam reddere creditori. Et tan-
to magis quanto in maiori necessita-
te creditor sibi subvenit. Ad primum
ergo dicendum quod tunc in necessi-
tate sunt omnia communia. cum ho-
mo non potest sibi de suo subvenire.
Rediculum enim esset si quis famem
paciens nollet accipere panem quem
haberet in arca. et diceret se accipere
panem alienum quasi communem. quod autem
per amicos possumus. per nos aliqua-
liter possumus. ut dicit philosophus in tertio
Ethicorum. Iste autem qui in latrones incidit
potest se per amicos liberare mutuus
accipiendo. Et ideo non sunt ei om-
nia communia. Ad secundum dicendum
quod unusquisque tenetur ad liberandum
primum a morte secundum suam conditionem
et modum. et hoc quidem convenienter
implevit ille qui pecuniam mutuam
non aut tenebatur eam donare in casu
in quo ille poterat per mutuam liberari.

Articulus xvij.

Ad secundum sic procedebatur. vi-
detur quod homo non possit pec-
tare nimis ieiunando vel vi-
gilando. Deus enim non potest nimis
ab homine diligi. Sed probatio dile-
ctionis est exhibitio operis. ut Gregorius
dicit in omelia quadam. ergo videtur
quod non possit aliquis peccare nimis
ieiunando vel vigilando propter de-
um. Sed contra est quod bernardus con-
fiteatur se peccasse de hoc quod nimis cor-
pus suum ieiunio et vigiliis debilita-
vit. Responsio dicendum quod secundum philosophum
in primo politiano. Aliter est indicandum
de fine. aliter de his que sunt ad finem.
Illud enim quod queritur tanquam fi-

nis absque mensura querendum est. in
his autem que sunt ad finem est adhi-
benda mensura secundum proportionem ad
finem sicut medicus sanitatem que est
finis eius facit quantumcumque potest
maiozem sed adhibet medicinam secundum
quod convenit ad sanitatem faciendam.
Est ergo considerandum quod in spirituali
vita dilectio dei est sicut finis. ieiunia
autem vigilie et alia exercitia corpo-
ralia non queruntur tanquam finis. quia
sicut dicitur ad romanos. xiiij. Non est re-
gnum dei esca et potus. sed adhiben-
tur tanquam necessaria ad finem. id est
domandas concupiscentias carnis.
secundum illud apostoli. i. ad Corin-
thios. ix. Castigo corpus meum et in servi-
tutem redigo. Et ideo huiusmodi
sunt adhibenda cum quadam mensu-
ra rationis. ut scilicet concupiscentia de-
vitetur et natura non extinguatur. se-
cundum illud ad romanos. xij. Exhibeatis
corpora vestra hostiam viventes. et
postea subdit. Rationabile obsequium
vestrum. Si vero aliquis in tan-
tum virtutem nature debilitet per
ieiunia et vigilias et alia huiusmodi.
quod non sufficiat debita opera exequi
puta predicator predicare. doctor
docere. cantor cantare. et sic de aliis.
absque dubio peccat. sicut etiam pec-
caret vir qui nimia abstinentia se im-
potentem redderet ad debitum vxo-
ri reddendum. Unde Hieronymus dicit. Be-
rapina holocaustum offert qui vel
ciborum nimia egestate vel somni pe-
nuria imoderate corpus affligit. Et
iterum. Rationabilis hominis digni-
tatem amittit qui ieiunium charitati
vigilias sensus integritati presert. et
per hoc patet responsio ad obiecta.

Deinde circa precepta quesita
sunt duo. Primo utrum
precepta ordine nature pres-

k iij

Quodlibet

cedant consilia. **S**cdo vtruz pcca que fiunt ptra precepta scde tabule sint grauiora peccatis q̄ fiunt cōtra precepta prime tabule.

Articulus xix

Ad primū sic proceditur. vide tur q̄ precepta ordine natu re precedant consilia. **I**llud ei est prius ordine nature ad quod natura primo instigat. **S**ed pcepta sūt d̄ primo istinctu nature quia sūt de dictamie rōnis nālis. nō aut̄ consilia ergo precepta sunt priora ordi ne nature q̄ consilia. **S**z contra ē q̄ prius natura dicitur aliquid esse tri pliciter. **U**no modo sicut impfectū ē prius pfecto. **E**t hoc mō pcepta nō sunt priora p̄silijs. quia in pceptis charitatis precipue consistit pfectio. **S**cdo per modū cause tpe preceden tis effectum. 7 sic etiā nō sunt priora quia non est necessariū q̄ aliquis p̄ impleat precepta q̄ consilia. **T**ertio per modū originis quādo principi um est simul tēpore. sicut 7 lux solis 7 radius. **S**z nec hōc modo pcepta sunt priora quia non est necesse q̄ q̄ cunq; seruat precepta seruet consilia ergo nullo modo pcepta ordine na ture precedunt consilia. **R**espōsio dicenduz. q̄ circa hoc necesse ē duo considerare. primo quid sit esse pri^o ordine nature. secundo quid sit pre ceptum 7 quid consilium. **Q**uibus manifestatis euidenter apparebit qd̄ queritur. **D**e primo ergo sciendum est. q̄ fm̄ plm̄ in. v. Meth. prius et posterius dicuntur in quolibz ordi ne p̄ pparationem ad principium il lius ordinis sicut in loco p̄ compa rationē ad principijz loci. 7 in disci plinis p̄ comparationē ad p̄cipia discipline. **S**ic ergo 7 in ordine natu re dicitur aliquid esse prius p̄ com

parationem ad nature p̄cipia. q̄ quidem sunt q̄ttuor cause. vnde fm̄ vnūquodq; genus cause prius in or dine nature est qd̄ p̄p̄inuius est cau se. **Q**uāuis aut̄ cause sunt quattuor. tres tñ earum scz efficiens. formalis 7 finalis concurrunt in idem. **U**nde reliquitur q̄ ordo nature sit duplex. **U**nus quidem fm̄ rationē cause ma terialis fm̄ q̄ imp̄fectum est prius p̄fecto 7 potentia actū. **A**lius aut̄ ordo nature est fm̄ rationēz aliarū trium causarum fm̄ quā p̄fectum est prius imp̄fecto. 7 act^o potentia. **U**n̄ 7 p̄hs dicit in. v. metha. q̄ alia sunt potestate priora. alia p̄fectione. 7 q̄ forma est magis natura q̄ materia. vt probatur in. ij. phi. conuenienti^o dicitur esse prius natura actus qui ē prioz substantia 7 specie. vt dicitur i xi metha. q̄ potentia. que in vno et eodē est prioz generatione 7 tpe. vñ 7 p̄hs dicit in. ij. periarū. q̄ in his q̄ contingit esse actū 7 potestate ea q̄ sunt actū sunt natura priora tempo re posterioza. **C**irca scdm̄ vero. s. circa rationē consilij 7 pcepti con siderandum est. q̄ pceptum impor tat rationem debiti. **D**ebituz autem aliquid est duplex. **U**no modo fm̄ se. 7 hoc mō finis est debitus in vno quoq; negotio. **M**edicus enim p̄pter se debz querere sanitatem. **A**lio mō est aliquid debitū p̄pter aliud scz id sine quo non potest perueniri ad finem. sicut medicus debz indicere di etam infirmo sine qua non potest sa nari. **I**llud vero quod ordinatur in finem vt inclius aut facilius ad finē consequatur si sine hoc aliquo aliter possit haberi finis. non habz rōnem debiti. **F**inis aut̄ sp̄itualis qui lege diuina ordinatur est duplex. **U**nus quidem principalis scilicz adherere

Quintum.

deo per charitatem. Unde dicitur p
ma ad **Thi. i.** finis precepti chari
tas est. Alius autem est finis secun
darius quasi dispositivus scilicet pu
ritas et rectitudo cordis que confi
sit in interioribus actibus aliarum
virtutum. Unde apostolus dicit ad
Roma. sexto. Habetis fructum ve
struz in satisfactione. Sicut ei in ge
neratione naturali finis est ipsa for
ma substantialis et ultima dispositio
ad formam. Unde manifestum est q
principalia precepta divina sunt q
dem de dilectione dei et proximi. ut
patet **Matth. xxij.** Secunda vero de
interiori sanctificatione. secundum
illud. **i. ad Thi. iij.** Hec est voluntas
dei sanctificatio vestra. Omnia vero
alia que sunt spiritualis vite ordinā
tur ad predicta sicut in finem sed du
pliciter. Quedam enim sunt talia si
ne quibus predicti fines esse nō pos
sunt. et hec cadunt sub precepto. sicut
non habetis deos alienos. Non fur
tum facias etc. Quedam autem sūt si
ne quibus ad predictos fines perve
niri potest. unde non cadunt sub pre
cepto. Sed quia per huiusmodi faci
lius et melius pervenitur ad fines p
dictos dantur de eis consilia. sicut
patz de paupertate virginitate et ali
is huiusmodi. et est simile si aliquis de
beret ex precepto esse romę certo die.
tenetur etiam ex debito precepti ro
mam ire. non autem tenetur ex pre
cepto ire eques. quia sine hoc possz
romam pervenire cum caderet hoc
sub consilio in qntum equitando fa
cilius et melius perveniret ad finem.
His ergo visis patz de facili id qd
querabatur. Si em pparemus consi
lia ad precepta finalia que sūt de di
lectione dei et proximi et de interiori
cordis puritate manifestum est qd p

cepta sunt priora consilijs naturali
ter ordine perfectionis. sicut actus
naturaliter prior est potentia et
finis his que sunt ad finem. sed con
silia erant priora naturaliter ordine
generationis temporis in quantum
scilicet per consilia ad puritatem per
fectam cordis et perfectam dilectio
nem dei et proximi pervenimus. Si
autem comparemus consilia ad alia
precepta que ordinantur ex neces
sitate i predictos fines sic erit duplex
consideratio. Nam in consilijs neces
se est ut includantur precepta. Qui
enim omnia dimittit non rapit alie
na et qui virginitatem servat non me
chatur sicut etiam qui equitat vadit
sed non convertitur. Erit ergo vna
comparatio consiliorum ad precep
ta absolute pconsiderata. et sic hoc mo
do precepta erunt ordine nature pri
ora consilijs. sicut genus est naturali
ter prius specie. consilia autem econ
verso priora naturaliter preceptis.
sicut species sunt priora secundum
naturam qd genera. ut patet per phi
losophum in primo phi. compara
tur enim genus ad speciem sicut po
tentia ad actum. precepta autem ab
solute sumpta se habent per modum
generis ad observantiam precepto
rum cū consilijs et sine consilijs. sicut
non mechari ad non mechari cū vir
ginitate et ad non mechari cū matri
monio. et ire commune est ad ire eq
tem et ad ire peditem. Alia vero cō
paratio est consiliorum ad precepta
sine consilijs observata. sicut si cōpa
remus euntem in equo ad eum qui
vadit pedibus. Similis enim est cō
paratio virginis seu continentis ad
matrimonium. et paupis ppter xpm ad
eum qui in seculo suis contentus est
Et sic simpliciter ordine nature p
silia

Quodlibet

sunt priora preceptis tanq̄ perfecta imperfectis. nec oportet q̄ precepta sic accepta p̄cedāt naturaliter ordine generationis et tēporis p̄silia. Nō enim oportet q̄ ille qui vult p̄tinētiā vel virginitatem seruare p̄us matrimonio iūgatur. neq̄ etiā oportet q̄ ille qui vult esse paup̄ p̄pter x̄pm p̄ secularem vitā agat. in qua suis diuitijs sit contentus. sicut etiā nō oportet q̄ ille qui vult ire eques romam pri^o vadat pedes et postea eques. s̄ meli^o est si a principio eques vadat. Et per hoc patet r̄sio s̄d obiecta.

Articulus xi.

Ad sc̄dm sic proceditur. Vnde videtur q̄ peccata q̄ sunt p̄tra p̄cepta sc̄de tabule sunt grauiora peccatis que s̄nt p̄tra precepta p̄me tabule. Peccatum enī p̄tra precepta sc̄de tabule est p̄tempo bono in cōmutabili p̄mutabili bono adherere. sicut patet in furto et adulterio et alijs h̄mōi. Sed contemptus incōmutabilis boni est p̄c̄m p̄tra precepta p̄ime tabule quibus ordinamur ad exhibendā reuerētiā deo. ergo peccata que s̄nt cōtra precepta sc̄de tabule includunt peccata que sunt contra precepta p̄ime tabule et aliquid addunt. ergo sunt grauiora. **P**reterea symonia est maximū p̄c̄m. sed symonia cum sit sp̄s auaricie est cōtra precepta sc̄de tabule. ergo peccata que sunt contra precepta sc̄de tabule sunt grauiora. Sed contra est q̄ peccata contra precepta p̄me tabule sunt infidelitas. desperatio. et alia h̄mōi. que s̄nt grauiissima peccata. ergo peccata que sunt contra precepta p̄ime tabule sunt grauiora. **R̄sio** dicēdū. q̄ formalis ratio peccati mortalis consistit in auersione a deo. Si enim est inordinata con-

uersio ad bonum commutabile sine auersione a deo non est peccatum mortale. precepta autē p̄ime tabule secundū se ordinant directē hominem in deum. Unde dicuntur ad dilectiōem dei pertinere. Et ideo peccata que sunt contra precepta p̄me tabule directē et finē se ip̄ortant auersionem a deo. peccata autē que s̄nt contra precepta sc̄de tabule per se quidem deordinant nos principaliter circa bona commutabilia circa que ordinamur p̄ precepta sc̄de tabule. et consequenti autē deordinant nos a deo. In vnoquoq̄ autem genere potissimum est id quod est p̄ se. Unde peccata que sunt contra precepta p̄ime tabule finē suū gen^o sunt grauiissima in genere peccatorum. **A**d primum ergo dicendum. q̄ contemptus dei per se intētus est in peccatis que sunt contra precepta p̄me tabule. si autē non ex necessitate includitur in peccatis que sunt contra precepta sc̄de tabule. non enim ille q̄ cū aliq̄ fornicatur intendit hoc agere in contemptum dei sed intendit principaliter delectari. ad quod consequitur q̄ deum contemnat p̄ter principale intentionē mandata eius transgrediens. **A**d secundū dicendum. q̄ symonia non est maximum peccatum simpliciter sed maximum inter illa que cōmittuntur circa p̄rad^o pecuniarios. et hoc etiā ē ex hoc q̄ irreuerentē se h̄ hō ad res sacras in quo attingit p̄c̄a que sunt contra precepta p̄ime tabule.

Deinde quesitū est de his q̄ p̄tinēt sp̄cialit̄ ad quosdā hominū stat^o. Et p̄mo de his q̄ pertinent ad prelatos. **S**ecundo de his que pertinent ad doctores. **T**ercio de his que pertinent ad

Quintum.

religiosos. **Quarto** de pertinentib⁹ ad clericos. **Circa** primuz queſita ſunt tria. **Primo** vtrū beat⁹ **Matheus** vocatus ſit ſtatim a theloneo ad ſtatū apoſtolatus ⁊ perfectionis. **Secūdo** vtrū ille qui eligitur canonicē in eſm melius faciat conſentiēdo electioni de ſe facte vel eam recuſando. **Tertio** vtruz prelatuz dat beneficium eccliaſticū alicui ſuo conſanguineo ſperans per hoc ſuū gen⁹ exaltari ⁊ ditari ꝑmittit ſymoniaꝝ.

Articulus xxi.

Hoc primū ſic ꝑcedebatur. **U**idetur q^d beatus **Mathe⁹** nō fuit vocatus ſtatim de theloneo ad ſtatuz apoſtolat⁹ ⁊ perfectiōnis. **Dicit** enīz **Gre. ſup Ezech.** Nemo repente fit ſūmus. **Sed** ſtat⁹ apoſtolatus ⁊ perfectionis euangelice ē ſūmus ſtat⁹ humane vite. ergo **Matheus** non fuit ſtatim vocat⁹ ad ſtatuz perfectionis ⁊ apoſtolatus. **Sed** contra eſt q^d **Piero.** dicit ſup **Matth.** q^d de publicano repente fit apoſtolus. **Et Beda** dicit ſup **Lucam.** q^d de publicano in apoſtolum de theloneo in euangeliſtam eſt mutatus. **Et** quedam gl. dicit **Luce. v.** Quā nullam ꝑoſſus cogitationez vel reſpectum huius vite ſibi reſeruauit. quod eſt ꝑfectionis euangelice. ergo ſtatim vocatus eſt ad ſtatuz apoſtolatus ⁊ ꝑfectionis. **Reſponſio** d^d. q^d queſtio iſta ex verbis euangelij de terminari ꝑōt. **Si** enim loquamur de apoſtolatu manifeſtuz eſt ſm narrationem **Mathei. Marci. ⁊ Luce.** q^d dominus poſt vocationem **Mathei** aliquāto ſpatio temporis interiecto ex ſuis diſcipulis. xij. apoſtolos eleſgit inter quos vnus fuit **Matheus**. **Et** ſic patz q^d ſtatim a ꝑincipio fuit vocatus ad diſcipulatū chriſti nō aut ad apoſtolatum niſi ſm ꝑeordi

nationem xpi qui eū in apoſtolū ſumendum diſponebat. ⁊ ſm hoc intel ligenda ſunt verba **Piero. ⁊ Bede.** **Si** autez loquamur de ꝑfectione euangelica ſic manifeſtum eſt q^d ſtatim a ꝑincipio vocatus eſt ad ſtatuz ꝑfectionis. **Dicitur** enīz **Luce. v.** q^d ſurgens relictis omnibus ſecutus ē eū quod etiā ad diſcipulatū xpi ꝑtinebat. ſm illō quod dicitur **Luce. xiiij.** Niſi quis renunciauerit omnib⁹ his que poſſidet non ꝑoteſt eſſe diſcipulus meus. **Ad** primum ergo dicēdum q^d ſūmum in vita humana ꝑōt accipi dupliciter. **Uno** modo ſm cōparationem ſtatus ad ſtatuz ſm q^d in humana vita vnus ſtatus eſt maior alio ⁊ aliquis eſt ſūmus. ⁊ ſic niſi hil ꝑrohibz aliqū fieri repente ſumū. i. attingere ad ſtatuz ſūmū. **Et** hoc apparz tam in ſpirituāli vita q^d in ſeculari. **Inueniuntur** enim aliqui ſtatim a pueritia ad ſtatuz religionis qui eſt perfectiſſimus cōuolaffe. vel ꝑoꝑrio arbitrio. ſicut beat⁹ **Jo. baptiſta** ⁊ beatus **Benedictus.** vel etiā deuotione parentum. ſicut illi qui monaſterijs traduntur a parentibus. **Sic** enīz non oportz vt aliq^s ſeculari vita exerceatur atēq^z ad religionem tranſeat. ſicut non oportet q^d aliq^s exerceatur in laicali vita anq^z clericus fiat. ſimiliter etiam ali qui repente aſſumunt ad regnuz vel ab ipſa pueritia. ſic **Salomō ⁊ Joſy.** reges iuda. vel etiā in vltimo ſtatu. ſicut **ſaul.** ⁊ **Eccle. vi.** dicitur q^d d⁹ carcere cathenis q^d interdum quis ad regnuz progreditur. **Alio** modo ꝑoteſt accipi ſumum ꝑ cōparatiōnem graduum qui ſunt ꝑfectio vnus hominis. **Et** ſic intelligit **gregori⁹** q^d nemo repente fit ſūmus. **Dicit** enim **Aug.** ſup canonica **Jo. De** charitas non mox vt naſcitur ꝑfecta ē

Quodlibet

Nā vt pficiatur nascitur. cum fuerit
nata nutritur. cū fuerit nutrita robo
ratur. cū fuerit roborata perficitur.
Contingit tñ quandoq; q; vn^o hō
repente incipit ab altiori gradu san
ctitatis q̄ sit sūmū ad quod pringit
perfectio alterius hominis. vt patz
de beato benedicto de quo Greg. di
cit in. ij. dialo. Q; presentes z secu
turi omnes cognoscant Benedict^o
puer conuersionis gratiā a pfectio
ne cepisse. **Articulus xxiij.**

Hsecōm sic pceditur. **Uidef**
q; melius faciat qui consen
tit electioni canonice de se fa
cte q̄ qui eā recusat. Dicit em̄ Greg.
xij. moral. Potestas cum percipitur
non ex libidine amanda est sed quā
do aliquis per canonicam electionē
epalez dignitatē adipiscitur non p
cipit eam ex libidine. ergo debz eam
amare. non ergo debz eā recusare.
S; contra est qd̄ Greg. dicit. xxvij.
moral. Q; prelatio per meliozē intē
tionez fugienda est. **R**esponso di
cendū. q; in eo qui electioni canoni
ce de se facte consentit considerari p
cipue debz qd̄ intendit. Si em̄ intē
dit aliquid tpale. puta honores z di
uitias excutere se a iugo religionis
aut aliquid hmōi. manifestū est q; ē
paua intentio. vnde meli^o faceret si
non assentiret. Si aut̄ intendit profe
ctuz ecclesie. sic planū est q; bona est
intentio. **U**nde Aug^o. dicit. xix. d. ci.
dei. In actione non amand^o est ho
nor in hac vita siue potētia. sed op^o
ipm̄ si recte atq; viriliter fit. i. vt va
leat ad salutez subditoz. Et inducit
illud apostoli qd̄ habetur. i. ad Thi.
iij. Si quis epatus desiderat bonum
op^o desiderat. S; tñ sciendum est q;
ad hoc op^o maxima requiritur idone
itas. quia vt Gre. dicit in pastorali

Tantum actionem populi d; actio
transcendere presulis quantum di
stare solet a grege pastoris vita ad
quod humana fragilitas secundum
proprias vires sufficiens non est. se
cundum illum apostoli. iij. ad Cor.
ij. Et ad hec quis tam idoneus. S;
tamen ex auxilio gratie diuine ho
mines idonei z sufficientes reddunt
si cut ipse postmoduz subdit. Idone
os nos fecit ministros noui testamē
ti. Potest ergo aliquis laudabiliter
considerans proprium defectum ex
humilitate officii prelacionis recu
sare. Sicut Hier. dicit. Nescio loq;
quia puer ego sum. potest etiam lau
dabiliter consentire ex charitate fra
terna vt salutez proximoz pcurat.
sicut Isa. qui dicit. Ecce ego. mitte
me. Sed sicut Greg. dicit in pastor.
In utroq; est subtiliter iruendū q;
z is qui recusauit plene non restitit
z is qui mitti voluit ante se. per alta
ris calculum purgatū vidit. ne aut
non purgatus adire quisq; sacra mi
nisteria audeat. aut quem superna
gratia elegit. sub humilitatis specie
superne dispositioni contradicat. q;
ergo valde difficile est purgatus se
quemlibz posse agnoscere prelacio
nis officium tutius declinatur. non
tamen pertinaciter cum ad suscipien
dum hoc superna voluntas agnosci
tur. **A**d primum ergo dicendum
q; illud verbum Greg. non debet sic
intelligi. Potestas cum ex libidine
non percipitur amanda est. sed ita.
Potestas cū percipitur nō est amāda
ex libidine subdit enim. sed ex longa
nimitate toleranda. **A**d secūduz
dicendum q; melioz est intentio pre
lacionem fugientium secūduz priuz
desiderium dūmodo non assit neces
sitas ex parte imponentis hoc onus

Quintum.

Unde Augustin⁹ dicit. xij. de ci. dei. Superior locus sine quo populus regi nō potest etsi ita teneatur vt deicer. tamen indecenter appetitur. **U**ci um em̄ factū querit charitas veritatis. ne gotiatū iustum suscipit necessitas charitatis.

Articulus .xxij.

H tertium sic proceditur. videtur q̄ prelati qui dat bñficiū eccl̄asticū alicui suo psanguineo vel amico vt alij eius' consanguinei exaltentur symoniā p̄mittat. **E**st enim symonia studiosa voluntas emendi vel vendēdi aliquid spirituale aut spiritali annexū. **I**n casu predicto videtur esse emptio et venditio in quibus est liberalitas. hic autem hoc speratur vt liberaliter reconpenset. ergo est ibi symonia.

Sed contra est q̄ **Isa. xxxij.** super illud. **B**eatus qui excutit manus ab omni munere. **H**ic glosa. q̄ triplex est munus. a manu. a lingua et ab obsequio. quorum nullum est in proposito casu. ergo nō est ibi symonia. **R**espons. dicendum. q̄ cum symonia circa emptionem et venditionem consistat. hic distinguendum videtur. quia si prelati intendit obligare eum cui dat bñficiū eccl̄asticū ad aliquam reconpensationem faciendam sibi vel suis consanguineis intentio symoniaca est. **I**ntendit et̄ quandam tacitam venditionem. **S**i vero non intendat ad hoc eum obligare sed intendat q̄ ille sibi vel suis propria sponte temporaliter reconpenset. est quidem prava intentio et carnalis sed non symoniaca. **A**d primum ergo dicendum. q̄ secundū phm in quarto **et̄ th.** liberalitas nō est circa quibuslibz vsū pecunie. sed est circa dationes et sumptus. symo-

niaca autē ē circa ēptionē et venditōez. **D**inde circa doctores questiōta sunt duo. **P**rimo si doctor semper predicauit aut docuit principaliter propter inanez gloriā vtrum habeat aureolam si in morte peniteat. **S**ecundo si ex doctrina alicuius doctoris aliqui reuocentur a meliori bono vtrum ille doctor teneatur illam doctrinam reuocare.

Articulus .xxij.

H primum sic proceditur. videtur q̄ ille qui semper propter inanem gloriā docuit per penitentiam aureolaz recuperet. **A**ureola enim doctrine debetur fructui scilicet conversioni fidelium secū dum illud ad **Philip. iij.** **G**audium meum et corona mea. **S**ed potuit contingere q̄ ex predicatione eius qui propter inanem gloriā principaliter predicauit secutus est fructus conversionis fidelium. ergo si peniteat debetur ei aureola. **P**roterea si cur virginitati debetur aureola ita et doctrine. **S**ed si illa que cum virgo sit carne mente tamen est corrupta penitentiam agit recuperat aureolaz. **E**rgo pari ratione et doctor qui propter inanem gloriā predicauit **S**ed contra est q̄ opera mortua per penitentiam non reuiscunt. **I**n opera istius doctoris propter inanem gloriā predicantis fuerant mortua. id est cum peccō facta. **E**rgo non reuiscunt per penitentiaz ad premium consequendum. **R**esponsio dicendum q̄ cum aureola in se portat quandam singularem excellentiam premij necesse est q̄ presupponat auream. sicut comparatiuus presupponit positiuum. **E**t hoc figuratur **Exodi** vicesimo quarto vbi d̄

Quodlibet

facias super coronam auream alteram aureolam. Et ideo qui non meretur auream. i. premium essenziale non meretur aureolam qui autem propter inanem gloriam operantur non merentur premium essenziale quia receperunt mercedem suam. ut dicitur **Matth. vi. vii** nec merentur aureolam. penitentia autem restituit homini premium prius habitum. Non autem confert ei ea que non habuit nisi in quantum ipse motus penitentiae est meritorium. unde talis non meretur aureolam. **Ad primum** ergo dicendum. quod conversioni fidelium debetur aureola presupposito merito essentialis premium in eo qui predicat. alioquin locum habet quod dicitur **Matth. xvi.** Quid prodest homini si uniuersum mundum lucretur. anime vero detrimentum patiat. **Ad secundum** dicendum. quod aureola uirginitatis debetur integritati carnis que manet post penitentiam. et ideo debetur uirgini penitenti aureola. Sed aureola doctrine debetur actui doctoris qui transit. et ideo post penitentiam non debetur aureola doctori nisi actus reueretur.

Articulus .xv.

Ad secundum sic proceditur. **Vide** tur quod si per doctrinam alicuius aliqui retrahantur a meliori bono quod ille teneatur suam doctrinam reuocare. Talis enim doctor in sua doctrina facit scandalum actiuum quia doctor informat intellectum. intellectus autem informat affectum et per consequens actum. Sed scandalum actiuum tenetur quilibet remouere. ergo talis doctor tenetur suam doctrinam reuocare. **Preterea** spiritalia sunt temporalibus potiora. sed in temporalibus ut Augustinus dicit. non dimittitur peccatum nisi restituatur ablatum. ergo multo magis doctori qui facit dam-

num in spiritualibus non dimittitur peccatum nisi restituatur ablatum quod fit per reuocationem doctrine. **Sed** contra est quod **Gregorius** dicit. Veritas non est dimittenda propter scandalum. **Respondeo** dicendum. quod hic distinguendum videtur. Si enim doctor doceat falsam doctrinam tenetur eam modis omnibus reuocare et maxime si ex ea spirituale damnum sequatur. Si vero doceat veram doctrinam. potest ex ea sequi detrimentum spirituale in auditoribus dupliciter. **Uno modo** ex defectu ipsius qui docet alio modo quia doctrinam subtilem et altam proponeret rudibus. qui non essent illius doctrine capaces qui ex hoc detrimentum salutis incurrerent contra exemplum apostoli qui dicit primo ad **Corinthios. iij.** Quae parulis in christo lac potum dedi vobis non escam. **Alio modo** quia confuse et inordinate proponit non preferens maiora minoribus contra id quod **Gregorius** dicit in pastoralium. Sic laudanda sunt bona summa ne desperentur vltima. sic quod nutrienda sunt bona vltima ne dum sufficere creduntur nequaquam tendatur ad summa. Et in his casibus tenetur doctor ex cuius doctrina damnum spirituale accidit contra hoc damnum remedium ponere in quantum potest. exponendo saltem doctrinam suam. **Alio modo** potest contingere ex defectu aliorum puta si aliqui docendo aliqua erronea inducerent homines ad aliquam religionem. utpote si dicerent quod quicumque intrat talem religionem statim erit equalis meriti sicut beatus Petrus. et in hoc casu non tenetur cessare a sua doctrina. **In**trare enim religionem propter errorem non est bonum. **Quia** sic non retrahit homines a meliori bono talis doctor

Quintum.

z hoc est quod Gregl. dicit in pasto. Sicut incauta locutio in errozes p^o trahit. ita indiscretum silentium eos qui erudiri poterant in errore dere^o linquit. z per hoc patz responsio ad obiecta.

DEinde circa religiosos que^o ta sunt duo. **P**rimo vtrum religiosi teneantur patienter tolerare iniurias sibi factas. **S**ecundo vtru ille qui iurat se no^o intraturum religionem possit licite religionem intrare.

Articulus .xxvi.

Hoc primum sic proceditur. videtur quod religiosi non debeant tolerare suos impugnatores. In impugnacione enim perfectorum virorum deus impugnatur. unde dominus Saulo persequenti discipulos christi dixit Actu. ix. Saule saule quid me persequeris. Sed perfecti viri non debent impugnatores dei tolerare. ergo neque impugnatores proprios. **P**reterea quilibet perfectus debet obviare his que statui perfectionis preiudicant. Unde apostolus dicit. ij. ad Cor. vi. Ut non vituperetur ministerium nostrum. Sed per hoc quod perfecti impugnantur statui perfectionis derogatur. ergo perfecti viri non debent tolerare suos impugnatores. **S**ed contra est quod Gregl. dicit. Non sumus perfecti si aliorum inordinaciones ferre non possumus. **R**espondendum quod perfecti viri dupliciter impugnari possunt. Uno quidem modo quantum ad personas proprias. utpote cum inferuntur eis iniurie personales. Alio modo possunt impugnari quantum ad statum eorum. utpote cum aliqui verbis vel factis perfectionis statui derogant. z hec duo tanguntur Jac. ij.

Nonne desuites opprimunt vos per potentiam quod pertinet ad personales iniurias. Nonne ipsi blasphemant bonum nomen quod invocatum est super vos. quod pertinet ad religionem vel statum. In iniurijs ergo personalibus decet perfectos viros esse maxime patientes ut sint etiam parati plura sufferre secundum illud Math. v. Si quis percusserit te in dextera maxilla prebe ei alteram. Statum vero suum impugnari non debent pati quantum resistere possunt. hoc enim vergeret in iniuriam dei. Unde contra quosdam dicitur Ezech. xliij. Non ascendistis ex adverso nec opposuistis vos murum pro domo israel. Et ideo dominus iniurias que contra humanitatem eius inferebant patienter toleravit. sicut cum iudei dicebant. Ecce homo vorax z potator vini. ut habet Math. vi. z sicut diabolus dixit ei. Mitte te deorsum quod videbat ad propriam iniuriam pertinere. Sed iniurias dei non tolerabat. Unde phariseos dure redarguit Mat. xij. quia dicebant quod in beelzebub eijceret demonia. quod pertinebat ad iniurias spiritus sancti. Et similiter cum diabolus ei dixit. Nec omnia tibi dabo si cadens adoraveris me. quod ad iniuriam dei pertinebat. Statim enim eum repulit dicens. Tade retro sathana. ut habetur Mat. quarto ubi dicit Crisostimus. Illius discamus exemplo nostras quidem iniurias magnanimitate sustinere. Dei autem iniurias nec usque ad auditum sufferre. quoniam in proprijs iniurijs esse quemlibet patientem laudabile est. Iniurias autem dei dissimulare nimis est impium. Et per hoc patet responsio ad obiecta.

Articulus .xxvij.

Quodlibet

Hsec dicitur sic pceditur. Videtur
q̄ ille q̄ iuravit se nō intratu-
rū religionē non possit licite
intrare. Omnis enī obligatio licita
est adimplēda. sed licitū erat ei non
intrare religionē. ergo cuz ad hoc se
iuramēto obligavit. videtur q̄ tene-
atur nō intrare. **S**ed contra est. q̄
nullū impedimentū spūalis pfectus
ē ex deo. **S**ed iuramentū ē ex deo. q̄ p
iuramentum non impeditur spūalis
pfectus intrandi religionē. **R**atio
dicendū. q̄ obligatio iuramenti trā-
p̄ licite se p̄t habere. **Q**uāq̄ ei est illi-
cita obligatio et de re illicita. puta
cū aliquis iurat se fornicaturus. et ta-
le iuramentū non tenetur homo ad-
implere nec etiam est licitū impleri.
Quāq̄ vero est obligatio licita et de
re licita. puta cuz aliquis iurat se ele-
mosynā daturū. et tale iuramentū p̄-
terire non licet. **Q**uāq̄ vero est obliga-
tio illicita sed de re licita. puta cum
aliquis iurat se non facturum aliq̄d
mai⁹ bonū quod tñ facere non tene-
tur. puta non ieiunare. vel non dare
aliquā elemosynā. vel religionē nō
intrare. **T**unc ei id ad quod se iura-
mento obligat licitū est. sed tñ obli-
gatio est illicita. quia p̄ hoc hō q̄n-
tum in se est obfirmat se contra gra-
tiā spūsancti que facit hominē ī suo
corde ascensiones disponere. vñ tale
iuramentū licite pōt homo implere
abstinēdo ab illo bono quod facere
non tenetur. nō tñ cogitur ex illo iu-
ramento ad hoc q̄ impleat quod iu-
ravit. quia iuramentū ad hoc q̄ sit
obligatoriū debz habere tres comi-
tes. iudiciū. iusticiā. et veritatē. vt ha-
betur **Diēre. iij.** **H**ic aut iuramen-
to deest iudiciū discretiōis. quia ver-
git in deteriozem exitū retrahendo
a meliori bono. et p̄ hoc p̄ ratio ad
obiecta. **A**rticulus .xxvij.

O Eūdem circa clericos q̄situm
est vñ. vtz scz liceat clerico
qui tenetur ad horas canoni-
cas dicere matutinas sequentis diei
de sero. **E**t videtur q̄ non. **D**icitur
enim **Eccē. xxi.** **L**asciu⁹ et imprudēs
non seruabit tempus. **S**ed iste in di-
cendo matutinas non obseruat tem-
pus. **C**um enim dies incipiat a me-
dia nocte videtur q̄ matutinas se-
quentis diei dicat in die precedente
ergo vsdetur q̄ hoc ad lasciuia⁹ et im-
prudētia⁹ pertineret. et ita videtur
esse peccatū. **S**ed contra. **B**e⁹ cle-
mentior est quolibz homine. sed ho-
mo non imputat debitori in culpaz
si debitum sibi reddat ante tempus.
ergo multo minus deus. **R**espon-
sio dicendū. q̄ hic consideranda est
intentio eius qui preuenit tempus
in matutinis dicendis. vel in quib⁹
cunq̄ horis canonicis. **S**i enim hoc
facit propter lasciuia⁹. vt scilicet quis
etius somnolentie et voluptati vacet
non est absq̄ peccato. **S**i vero hoc
faciat propter necessitatem licitarū
et honestarum occupationum. pu-
ta si clericus aut magister debet vi-
dere lectiones suas de nocte vel pro-
pter aliq̄d aliud huiusmodi. licite
potest de sero dicere matutinas et
in alijs horis canonicis tempus pre-
uenire. sicut etiaz hoc in solennibus
ecclesijs fit. quia melius est deo vtrū-
q̄ reddere. scilicet et debitas laudes et
alia honesta officia q̄ q̄ per vnum
aliud impediatur. **A**d primum er-
go dicendum. q̄ quantum ad p̄tract⁹
et alia hmoi dies incipit a media no-
cte. sed quantum ad ecclesiasticū officiu⁹
et solennitatum celebritates incipit
dies a vespere. **U**nde si aliquis post
dictas vespere et completorium
dicat matutinas tam hoc pertinet
ad diem sequentem.